HISTORIA SIGETHI,

TOTIVS SCLAVONIÆ FORTISSIMI PROPVGNACVLI,

quod à Solymanno Turcarum Imperatore nuper captum Chriſtianisq́; ereptum eſt, ex Croatico ſermone in Latinum conuerſa,

PER

M. SAMVELEM BVDINAM LABACENSEM.

Cum gratia & Priuilegio Cæſ: Maieſt: &c.

VIENNÆ AVSTRIÆ EX Officina Caſpari Stainhoferi,

M D LXVIII.

Maxime R.do Praesuli D. Ep.o Agriensi perpetuo Comiti Hevesiensi D. D.no Antonio Varantio Consiliario & Oratori S. Caes: Maiestatis D.no meo gratiosiss. Georgius

AVTHORIS AD LECTOREM PARÆNESIS.

SI lachrymæ rerum ſi te mortalia tangunt,
  Mœſtaq; te iuſto fata dolore mouent:
Hæc Mahometigenæ ſæuiſsima prælia gentis,
  Bellaq; Turcarum ſanguinolenta, lege:
Hinc quoq; poſce Deum veniam, precibusq; fatiga,
  Vt nos ſucceſſu proſperiore iuuet,
Vindicibusq; memor vel tandem protegat armis,
  Cogat & immanes vertere terga Getas,
Ne tantæ pereant deletis legibus Vrbes,
  Templaq; ſic ſpreto ſtent ſine honore Deo,
Sed cuncti potius quo ſancto Flamine ducti
  Syncere ſtudium relligionis ament.
Vtq; Deus veniat ſic in tua vota ſecundus,
  Atq; hoſtis noſtro victus ab enſe cadat,
Sæpe tibi, inprimis vitiorum mole relicta
  Sacrarum pietas eſt iteranda precum.

GENEROSO ET VERE NOBILI VIRO, DOMINO DN. IOANNI KISL, DE KALTENPRVN, HÆREDITARIO Dapifero Comitatus Goricienſis, Sac: Rom: Cæ: Mt: &c. Et Principis Caroli Archiducis Auſtriæ, &c. Conſiliario, nec non totius Carniolæ Propræſidi digniſsimo, Domino ſuo perpetua obſeruantia colendo.

TVRCAS QVOS HERODOtus ἰύρκας gentemq́; immaniſsimam rectè nominat, Vir Generoſe, ex Septentrione per Caucaſi montis anguſtias in Aſiam primò irrupiſſe Hiſtoriæ perhibent: eosq́; ex humili & paruo initio, ut ferè maximæ quæq́; res ſolent, ad ſummam excreuiſſe potentiam teſtantur. Et quanquam ſacer Vates Daniel de quatuor ſummis Imperijs Capite ſeptimo verba faciens, Turcis tria ſaltem cornua, quæ de decem illis cornibus, vltimam Romanorum monàrchiam denotantibus, reuelluntur, attribuiſſe dicitur: Aſtronomi etiam de maxima Solis obliquitate ſeu declinatione multa probabiliter in medium adferunt, eamq́; alterum qui iam terminum Mahumetarum regno credebatur eſſe finem impoſiturus, attigiſſe aſſerunt. Tamen luce meridiana clarius eſt; ipſos Turcos non ſolum tria illa cornua iam obtinere, & intio rerum dominos per Aſiam, deinde Græciam & Ægyptum

factos eſſe: ſed etiam non ita pridem ſuperato Boſphoro & Thracio magnam Vngariæ & Croatiæ partem occupaſſe. Vaticinium quidem Prophetæ falſum ideò eſſe nequaquam iudico: Græciæ namq; appellatione, quicquid eſt in eo tractu regionum, quę etiam hodiè ad Illyricum vſq; miſerè diuexantur, complecti poſſe arbitror. Mathematicorum quoq; ἐγκαταλήψεις, longoq́; vſu depræhenſas obſeruationes minimè contemno: Cum ipſa Solis declinatio, poſtquam ex duobus terminis vnum obtinuit, aut medium inter hos conſecuta eſt, ſæpè nobis hactenus Imperiorum & Regnorum verſiones mutationesq́; indicauerit. Cauſam igitur quamobrem metas iſtas crudeliſsimi Turcæ exceſſerint, tantosq́; progreſſus non multis ab hinc annis fecerint: quis quæſo aliam ſubeſſe, quàm nefaria hominum ſcelera & flagitia exiſtimet? qui dum ad ſummam impietatem nihil reliqui faciunt (vt interim alia, quibus beſtijs ſimiles redduntur, imò ipſas aliquando longè ſuperant, prætercam) Dei in ſe iram hoſtiumq́; furorem prouocant. Eorum porrò omnium, quibus immortalis Devs maximè offendi ſolet; quodq́; præ ræliquis ſummam pœnam meretur, primũ facilè locum obtinet, Verbi diuini eiusq́; oraculorũ contemptus: quem Devs cum priuatis tùm publicis ſupplicijs & infinitis calamitatibus ſe vlturum grauiſsimè comminatur: eamq́; gentem, quę nomen ipſius eſt blaſphematura,

matura, ſe per Gog & Magog puniturum ſeueriſsimè teſtatur. Hoc ſe & ſacris & prophanis literis omni tempore feciſſe, atq; etiamnum facere multis argumentis demonſtrat. Et ne longiùs exempla petamus Vir Generoſe: Nonne in noſtris confinibus negocium nobis Turca perpetuis incurſionibus faceſsit? Multaque direptionibus paſsim damni dat? Nonne incendijs & populationibus quotidiè plurima vaſtat? Quæ quidem omnia tu optime ſcire potes: quoniam ex officio quod ſuſtinueras, per loca periculoſa, hoſtibusq; obuia iter feciſti, & in eorum aliquoties conſpectum veniſti, manusq; cum ipſis conſeruiſti. Quid de Sigetho arce fortiſsima, cuius Tragediam nūnc ad te mitto, dicam? Quæ, cum propter validiſsima mœnia, difficillimumq; ob paludes aditum nulla ratione capi poſſe exiſtimabatur, à Turcarum Cęſare non ſine ingenti noſtro periculo nuper expugnata atq; occupata eſt: Ea enim victoria, vt Tyrannorum eſt natura, qui plerunq; φιλοκίνδυνοι ſunt, animamq; teſte Plutarcho ἐξ ἀσελγείας καὶ ὠμότητος conflata habent, minimè contentus, vlterius graſſari cogitauerat, animumq; ad vicinas vrbes diripiendas adiecerat, & fortè ſæuiſsimi Tyranni conſilium fortuna probaſſet: niſi Inuictiſsimus & ſacratiſsimus Imperator MAXIMILIANVS ex vna, & Illuſtriſsimus Princeps noſter & D. D. CAROLVS Archidux Auſtriæ, &c. ex altera parte tam crudeles conatus

 ſuis

ſuis copijs fortiſsimè repreſsiſſent: ſum̃aq; induſtria & maturo conſilio omnes vias, quæ ipſi ad inuadendas regiones noſtras acceſſum præbebant, intercluſiſſent. Cæteras porrò ærumnas, quarum non niſi maximo cum mœrore piæ mentes recordari poſſunt, omitto. Annis certè elapſis annona ſic apud nos exaſperata eſt, vt etiam iam nihil aut parum laxare videatur. Quæ ſanè mala omnia, etſi dura & luctuoſa ſunt, peccata tamen noſtra, quia multò maiora ſunt & grauiora: meritò nos de miſericordia & amore DEI quo nos complectitur, potius, quàm de vllo odio admonere debent, nobiſq; calcar addere: vt cauſis tantarum calamitatum perſpectis, morbo etiam quo laboramus cognito, ipſiſq; peccatis deploratis ſalutarem ipſum Apollinem & DEVM accedamus: ab ipſo remedium ſumma animi fiducia petamus: dignamq; Chriſtianis vitam in hac terra degamus. Sera enim nunquam ad pœnitentiam via: ſed illa ne in momentum quidem horæ differenda vnquam. Dein, quod caput eſt, cœlo nobis reuelatam, perq; Prophetas & Apoſtolos traditam fidem, & religionem Catholicam ſum̃o ſtudio amplectamur: eamq; ad finem vſq; vitæ conſtanter tueamur. Ad Reip: ſalutem, hoſtiumq; inſultus reprimendos, libenter imperata faciamus, atq; pro ſua quiſq; facultate, ſingula conferamus. Et tandem cum hoſtibus noſtris præliaturi, diligenter cogitemus, ἀρχὴν ἁπάντων καὶ τέλος ποιεῖν

θεὸν

dis. Idq; exemplo Ioſuæ, Gedeonis & aliorum, qui numine prius diuino implorato atq; pacato, ſalutarem de inimicis victoriam reportauerunt. Fruſtra namq; & penitus fruſtra arma noſtra foris ſunt, niſi gratia Dei nobiſcum habitet domi. Interea videant ij ſedulo, quorum inter eſt, vt hęreſes & falſa dogmata extirpentur: vera DEI doctrina modis omnibus propagetur. Et vt tandem CHRISTO Regi portas, quibus introiri poſsit, aperiant, filiumq; vt Pſaltes inquit oſculentur; ne quando iraſcatur Dominus, & pereant de via iuſta, cum exarſerit breui ira eius. Quæ vtinam ſi fierent, nihil addubitarem, Turcas crudeliſs: humani generis hoſtes, DEO ipſo Duce, cuius nutu omnia contremiſcunt, breui cæſos, lateq; fugatos iri: Et hac ratione de ipſis nos facillimè poſthac triumphaturos, inq; noſtris ſedibus tuto permanſuros eſſe, planè confiderem. Nec mihi multum ab hac mea ſententia Danielis vaticinium, ſi rectius introſpiciatur, diſſentire videtur: quo, dum Turcis tria ſaltem cornua, quæ iamdudum, vt dixi, obtinent, concedit, eorum vim atq; potentiam in ſummo nunc gradu conſiſtere demonſtrat, Et quanquam hoc tempore ſuam ipſi ditionem fermè coniunctam habent atq; finitimam Germaniæ: tamen, quoniam certos intra limites illorum regio permanere debet, & Romanæ potentiæ minimè conferri poterit, credendum eſt, Deum habenas, quas hucuſq; Tyranno laxauit,

breui

breui inhibiturum, noſq; clementer propter meritum filij ſui protecturum. Romanum quidem Imperium iam in digitos deſijt, eiuſq; corporis moles penè diſſoluta eſt, atq; ita diminuta, vt ad ſummam tenuitatem redactum ſit, ſed quia planta pedis eſt ferrea, iuxta Prophetæ oraculum, manebit firmamentum eius, nec prorſus confringetur, & reliquiæ nomenq; eius durabunt, donec hæc machina deſtruetur, & CHRISTVS aduentu ſuo omnibus rebus humanis finem imponet: atq; afflictiones, vt inquit, excipiet, ac in firmam & tranquillam ſtationẽ ſuos tranſportabit, lachrymaſq; ab oculis eorum abſterget. Tandem de his miſerijs admonitos Vates ne animum deſpondeamus hortatur, atq;, vt eò magis omnes confirmet, ſtatim ab iſtis ærumnis mortuorum reſurrectionem ponit, quam vt lætam experiamur atq; ſalutarem, DEVS aſsiduis precibus eſſet atq; etiam eſt orandus. Hæc tecum Vir Generoſe paulò longius, quàm cogitabam, loqui volui. Nunc ad inſtitutum veniam, huiuſq; editionis conſilium paucis attingam. Et primo quidem te latere non arbitror: hiſtoriam hanc, quæ munitiſsimæ arcis Sigeth expugnationem continet, ab homine nobili & fidedigno, qui Heroi quondam fortiſs: Comiti Serino à Cubiculis fuit, Croatica lingua conſcriptam fuiſſe: & multo quidem vt cenſeo, verius, quàm ab vllo hactenus fortaſſe factum eſt. Ille enim miſerrimæ Tragediæ & ſpectator

ctator & auctor fuit: captiuusq; in Turciam cum nonnullis alijs abductus, non multò pòſt pretio redemptionis perſoluto, domum ad ſuos redijt. Eam hiſtoriam, vt verterem, tu mihi inprimis, cum alijs huius Prouintiæ magnæ authoritatis viris nuper author fuiſti. Qua in re ſicut tibi libenter morē geſsi, vt certè debui, etiam paucisſimis diebus, quod noſti in germanicam & latinam linguam tranſtuli, & ad te quàm celerrimè transmiſi. Cum verò eam ipſam ſummi nominis Proceres legere voluiſſent, nec ipſis exemplaria omnibus propter meas occupationes deſcribere petentibus potuiſſem: me hortati ſunt, & rogarunt etiam, vt illam typis excudere in gratiam eorum curarem. Quod certè primò iuſtis de cauſis me facturum modeſtè recuſaui: Nihil enim minus, quàm obiter à me translatam hiſtoriolam prælo ſtatim ſubijcere cogitaueram. Adhæc, quæ in lucem exiret, digna mihi minimè videbatur, non quidem propter argumenti, quod ſatis graue eſt, tractationem, ſed propter impurum & inornatum prorſus, quo in vertendo vſus ſum, dicendi genus. Eam præterea dudum euulgatam, & lippis tonſoribusq; notam eſſe, non ignorabam. Sed cum illi me, vt parerem, precibusq; locum darē, ſubinde monerent, æditionemq; vrgerent: non potui nec debui tantis viris hoc officij genus non præſtare: ipſisq; hac in parte non niſi lubenter gratificari. Itaq; eo prorſus modo, quo eam

ex Croatico idiomate initio raptim conuerti, nunc in publicum mitto. Nam ne veritati aliquid detraxiſſe viderer, immutare nihil, nec verborum elegantiam, nec ſententiarum varietatem adhibere vllam volui: ſed verbum verbo, quantum quidem latinæ linguæ phraſis patiebatur, reddidi. Interea tamen, vt omni ex parte lectori conſulerem, neceſſario vocabula quædam peregrina & Turcica, quæ mihi Illuſtris & Generoſi Dñi D. IOANNIS ab AVRSPERG, Dñi mei obſeruandiſsimi, Turcę captiui explicauerant, interpretatus ſum. In reliquis porrò ne latum vnguem à prototypo Croatici exemplaris diſceſsi. Tibi autem Generoſ: vir, quod Tragicam hanc Hiſtoriam potiſsimum dicauerim, tuoq; clariſs: nomini conſecrauerim: effecit humanitas tua, tuorumq; beneficiorum multitudo inſignis: quibus parentem meum chariſsimum, & me totamq; familiam noſtram cumulatiſs: affeciſti: noſtraq; commoda, quibus potuiſti rationibus, ſingulari animi propenſione ſemper iuuiſti, & ita iuuiſti: vt ego me tibi, omnia quę habeo, debere meritò & ingenuè fatear. Sed iſta non ſolum nobis, verum etiam omnibus bonis & literarum ſtudioſis hominibus liberaliſsimè præſtitiſti: ijsq; ſingularem beneuolentiam, omniaq; humanitatis officia ita ſemper exhibuiſti: vt alterum te Mecœnatem non immeritò omnes vocare, & communi ſtudiorum nomine ſummas tibi gratias agere debeant. Patriam

verò,

verò, cuius ego te patrem optimo iure appello, qua animi moderatione regas, nihil nunc attinet dicere: cum tuarum virtutũ domeſticos & exteros homines præcones atq; teſtes habeas locupletiſsimos: ac propterea ab omnibus colaris atq; ameris mirifice. Ea enim teſte Cicerone vis eſt virtutis, vt huius cauſa etiã eos, quos nunquam vidimus, diligere ſoleamus. Sed ſi quis fortè hæc tantum aſſentationis cauſa me dixiſſe putat, cogitet, ἀπὸ καλῶν ἔργων εἶναι ἔπη καλὰ, Et quod vera laus veræ virtuti debeatur: illa enim vt idem Cicero 1. Tuſcul. authorem, virtutem tanquam vmbra ſequitur. Poſtremo etiam hac de cauſa motus libellũ tibi hunc inſcribere non dubitaui: quia ſciebam fortiſſimũ Heroam Comitem Serinum optimæ memoriæ, cuius hîc honorifica mentio fit, tibi ſatis familiariter notum fuiſſe, Nec dubito te vel hoc nomine factum meum nequaquam reprehenſurum, ſed, vt reliqua omnia, hilari & benigno animo accepturum. Quod vt facias, me tibi & ſtudia mea, quæ quidem hactenus tibi ſemper curæ fuiſſe ſcio, & iam in poſterum commendata habeas, te vehementer oro. Datæ Seiſenbergæ. Pridiè Calendarum Aprilis. Anno ſalutis humanæ. M D LXVIII.

T. C.

Obſeruantiſsimus

Samuel Budina artium & Philoſophiæ M.

HISTORIA.

QVO ANIMI ARDORE, & qua ſęuitia immaniſsimus Turca in miſeros Chriſtianos debachetur: & quàm inſatiabili non ſolum furore, regnandiq́; cupiditate, ſed etiã Vatiniano & immortali odio motus ipſos affligat opprimatq́;: ex magnitudine rerum ab ipſo geſtarum, neminem eſſe credo, qui non intelligat. Huius rei documentum eſſe poteſt, Arcis Sigeth, & arte & naturæ loci munitiſsimę (vndiquaq; enim paludibus circumdata & veluti immerſa in finibus Sclauonię ſita eſt) expugnatio: quam non ita pridem ipſe Turcarum Imperator Solymannus ingenti cum exercitu obſeſſam & grauiter afflictam, non tamen ſine magna ſuorum clade, cœpit ſuamq́; in poteſtatem redegit: Quemadmodum ex præſenti hiſtoria eſt videre.

Anno poſt Chriſtum natum milleſimo quingenteſimo & ſexageſimo ſexto, Comes Nicolaus Serinus nobili & illuſtri loco natus, de his ex ſpeculatore quodam certior factus, qui ad eũ decimaquinta Iunij venit, ipſiq́; omnium primo bona fide retulit, quomodo Turcici Imperatoris exercitum, qui ſe ad duo milliaria in longitudinem extendat, propè Saraieuum viderit: quem ipſemet quoq; à longinquo inſecutus ſit. Famam verò ſpargi: ipſum ad Sigeth vel Egar, inuadendum profectionem hanc & expeditionem ſuſcepiſſe: ad eamq́; rem ſe iam pontem apud Petrã Vradinenſem Danubio iungi curaſſe. Non multò poſt, alius quidam ſpeculator ex Quinq;eccleſiarum vrbe venit, literas ab alio quodam Exploratore adferens, in quibus perſcribitur, Imperatorem re vera cum copijs egredi: Ignorare

rare autem, quo, vel ad cuius arcis oppugnationem. Hunc è veſtigio tertius ſpeculator ab Eſſeko, quod eſt ad Drauum flumen Oppidum, ſubſecutus narrat: adueniſſe iam eò belli quendam Præfectum, quem Vuegum nominant, qui præmiſſus eſt veluti Prodromus, vt Drauum nauigijs traijciat: cum eo quoq; totã Boſnam Carambeium, hoc eſt eius loci præſidem & belli ducem appuliſſe, atq; in Sclauonię regione ex alia parte Draui infra Moſlauiam conſediſſe: Quo verò tendere velint, id ſe ignorare affirmat. Poſtea quartus etiam Explorator acceſsit indicans, ſe prope Eſſekum fuiſſe, ibiq; multa nauigia ſupra ad portum, qui Ottonus appellatur, aduerſo Drauo transuehi Sicloufchum verſus vidiſſe, Eo etiam in loco audiuiſſe Vuegum, qui ex Imperatoris exercitu præmiſſus eſt, eius eſſe animi,

vt

vt Drauum nauibus ſuperare, apudq; Siclouſchum conquieſcere cogitet. Ibi etiam maiores ipſum copias præſtolaturum ſe certo ſcire aſſeuerat. Quo porrò ſeſe recipere velit, omnes latere. Tandem alius Speculator ex Turcarum caſtris aduenit, pro certo affirmans: exercitũ apud Otouum conſcenſis nauibus Drauum tranſire, eoſq; Turcas, qui tranſuecti ſunt, è ueſtigio Budam contendere, apudq; Siclouſchum pernoctare.

His itaq; ſtrenuus & celebris Comes Serinus, decimaſeptima die Iunij cognitis: & quod Turcæ absq; vlla interpoſita mora ſeſe vltra Drauum recipiant, atq; foris ſub arce Siclouſcho paſsim in agris nocturno tempore contineant, ibiq; requieſcant: conſilium init, & mille pedites, cum quingentis Equitibus vt fortunam experiantur, ablegat, Quibus tamen antea dominum

minum Caſparum Alapianũ, Nicolaum Kobacum, Petrum Batſchatitzia, Vuolf-gangum Praprutouitſchiũ, vnà cum peditum ductoribus ſeu præfectis, quos Vaiuodas vocant, præmiſit, mandans, vt fortunæ aleam tentent, Et ſi quos Turcos inuenerint, prælio decernant, manusq́; conſerant: Si verò eos deprehendere nequeant, vt tunc ciuitatem Sicloúſchum expugnatione inuadant, aut incendant, omniaq́; diripiant, præcipit. Cumq́; noſtri iam Sicloúſcho appropinquaſſent: præmittunt, ad arcem ducentos pedites & equites centum, His ſaltem, ſi Turcæ fortaſsis ſub pratis & planitie de equis deſcendiſſent, vt reliquis quàm primum ſignificarent, omniaq́; circumſpicerẽt, & ad ſuos deferrent, iniunctum fuit. Et poſteaquam infra Sicloúſchum ventum eſt, recta ad Turcarum caſtra feruntur: vbi Mechmetbegus vel

vel Pręfectus belli ex Theari conſedit, quem Imperator non multò ante ex aula ſua aſciuit, ipſiq́; Theari Sanſakh, id eſt pomum aureum, quod vexillo apponi, & ab Imperatore Turcico belli ducibus tanquam ſignum beneuolentiæ & ſummæ in milites poteſtatis dari ſolet, prope Byzantium contribuit: vtq; exercitũ tanquam Prodromus præcederet, Drauumq́; traijceret, & in Quinqueeccleſiarum tractu immotus conſiſteret, mandauit: vbi omnes copiæ congregari, Drauumq́; ſuperare poſſent. Præterea, ne aliò inde ſe transferret, donec ea de re Cæſaris mandatum acceperit, ſedulò præceptum fuit. Rebus ita conſtitutis impetum noſtri in ipſos faciunt, ſummoq́; mane cædunt & diſijciunt, magnumq́; Turcarum numerum interficiunt: quorum multi in ipſis paludibus, & loco ſalebroſo arbuſtiſq; conſito,

nudi propemodum & interulis ſolum cooperti, fuga ſalutem ſibi quæſiuerunt. Præfectus etiam belli, quem Vuegum illi vocant, grauiter vulneratus & fuga dilapſus in eo lacu ſeu limoſo agro periit. Ipſius porrò filius, & cum eo tres Turcæ, viuus in poteſtatem & manus noſtrorum peruenit. Auri deinde & argenti copiam, tentoria & equos noſtri vnà cum opimis ſpoliis conſecuti, incolumes lætiq; arcem Sigeth maximo cũ lucro repetebant. Turcicis inſuper rebus præſtantiſsimis & pecunia octo Camelos, ſexaginta equos, & quinquaginta mulos clitellarios vnà onuſtos adduxerunt: atq; ſex plauſtra omnis generis ſpoliis, quæ à Turcis adepti ſunt, impleuerunt. Nobiles etiam Sigethani oſtro & auro contextis veſtibus, & tunicis martirum pellibus ſuffultis indutis, ſummoq; animi gaudio Sigethum

reuer-

reuertebantur. Eripuerũt præterea hoſtibus duo rubei coloris ingentia, quę ſecum attulerant, ſigna: in quorum extremitate ſeu cacumine, loco ferri, cuſpis in pertica ex puro argento latitudine vnius manus & deaurata, affixa fuit: In ipſa quoque haſta, cui vexillum apponi ſolet, equina colore tincta, vnà cum argenteo globo ſeu ſphæra, pomi inſtar, quod Schanſak nominant, pependit. Similem certè victoriam, & ſpolia eiuſmodi, longo iam tempore, noſtri de hoſtibus vix reportarunt.

Secunda die Iulij ipſe Muſtafa Boſnenſis Baſſa, Baſſa Sokolouitſchius, vna cum tota Boſna & Baſſa Carambeio Drauum Ottouum verſus traiecit, & apud Siclouſchum infra Hardanaiũ conſedit. Septima die Iulij aduolat Explorator ex Belgrado ſeu Alba gręca Turcarumq; caſtris

perhibens: Cæſarem eò veniſſe, & naues aduerſo Drauo rectà ſurſum duci, in eoq́; loco ipſum prope Sicloușchū, pontem naualem, ſeu ex ſchaphis & lintribus confectum Drauo ſuperinſternere, atq; ad expugnandum Sigeth proficiſci cogitare: curare quoque pontem illum, quem Danubio iunxerat, rumpere atqua diſijcere. Deniq; ex Quinqueecleſiarum vrbe, aliæ mittuntur literæ, quibus ab ipſo Naſuf Aga, id eſt Capitaneo, qui paucis quibuſdam militibus præeſt, Comiti Serino perſcribitur. Iam belli quendam inſpectorem, ſeu qui militem cogit, & ducis ipſius copiarum vices aliquando gerit, Tſchauſch ipſi vocant, eo aduenisſe, ipſiq́; Hamſam Vuego ab Imperatore mandatum attuliſse: vt ſe quamprimum ad Drauum recipiat, ibiq́; pontē inſtruat: Quod niſi fecerit, curaturum ſe, vt ante ipſius ædes palo

affiga-

affigatur. Iniunxiſſe etiam, vt per pagos & paſsim palus ſanguine aſperſus circumferatur. Sic itaq; ille non procul ab Ottouo pontem fabricare cœpit, quē quidem iam ſatis longe & commode conſtruxerat, Sed aqua cum impetu magnaq; vi nocturno tempore ſuperueniens, omnia diſrupit & abſtulit: neq; in eo loco eum vlla penitus ratione figere poterat. Hinc ergò longius & infra Drauum aliò progreſſus, opus rurſum proſequitur, quicquid autem bidui ſpatio parauerat, id omne aqua vnà nocte diſiecit. Quo ex loco in tertium vlterius prope ad Eſſekum profectus, periculum de ponte fabricando fecit: Sed & illic omnem luſit operam, nec propter aquarum vim efficere quicquam potuit. Hac igitur de cauſa Tſchauſchū ad Imperatorem ablegat, exponens quomodo inundatione & multitudine aqua-

 rum

rum impeditus, pontem Drauo ſuperin-ſternere nequeat: ſe quidem nec conquie-uiſſe hactenus, nec vlli labori ea in re pe-percisse. Imperator hoc Hamſam Vuegi nuntio cognito Tſchauſchum ipſi cũ lin-theo ſeu mantili Turcico, in cuius extre-mitate aureis literis ſcriptum erat, Sultan Solyman remittit, perq́; ipſum edicit, vt pontem quocunq; in loco & quacunque ratione poſsit confeſtim ſupra Drauum iungat, qui niſi ad ipſius vſq; aduentum extructus fuerit, ipſum ex vna parte pon-tis in ripa illo ipſo lintheo ſtrangulatum atq; ſuſpenſum iri. Hoc vbi Hamſam Vue-gus percepit, celerrime ea ipſa hora ad Drauum denuò infra Eſſekum contendit, atq; omnia nauigia, ad eamq́; rem oppor-tuna ligna deduci curauit, Et mox infra Eſſekum opus ſtrenuè inchoatur: quod vt eò commodius abſolueret, omnes vectiga-les

les ruſticos, qui Turcæ tributū pendunt, ſeu qui ſe ipſi ſua ſponte ſubdiderunt, & reliquos omnes, nemine excepto, imo ipſos nobiles, & qui munus & officium aliquod ſuſtinent (Spachias vocant) ad laborem cogit atq; compellit, Hamſam Vuegus etiam ipſe nullam omnino nectebat moram, nec interdiu nec noctu conquieuerat vnquam, donec effecto ponte Drauus conſtratus fuerit: quem per prata, paludes & ſtagna in longitudinem vnius milliaris deduxit, idq; omne decē dierum ſpatio effecit. Lintheū porrò, quod Hamſam Vuegus ab Imperatore miſſum acceperat, Naſuf Aga ſeu Capitaneus, qui Hamſam Vuegi, dum aberat, Quinqueeccleſijs locum ſuſtinuit, clàm Dño Comiti Serino Sigethum tranſportari curauerat. Viceſima die Iulij Boſnenſis & Carambeius Baſſa, Sicloùſcho caſtra mouēt,

&

& Quinq;eccleſias perueniunt: Inde Budenſi Baſſæ in ſubſidium profecti, Albam regalem veniunt. Hos poſtea Hamſambegus ſtipatus omnibus Spachijs ſeu Nobilibus comitatur, & Quinq;eccleſijs ſummo cum incolarū, propter ipſius abitum, mœrore, diſcedit. Eadem die Anatoliæ Vueglerbegus, id eſt, ſupremus in oriente belli dux, primus omnium Draui pontem tranſit, quem dein Akai Baſſa, hoc eſt, alius quidam militiæ præfectus, & Vrumelibeglerbegus, id eſt, ſummus belli Imperator, earumq́; regionum præſes, quæ vltra mare Ægeum ad nos ſpectant, inſequuntur: inq́; planitiem ſeu agrum Muhatſch conſidunt, ibiq́; Turcico Imperatori Tentoria figunt. Poſt hæc ipſemet Cæſar Sultanus Solymanus ſuperato Drauo illuc peruenit, eoq́; in loco caſtra metatus, conſilium de re aggrediunda capit, & aliquot

ibi

ibi diebus, donec exercitus omnino tranſiret, læto animo commoratus eſt. Prima die Auguſti Turcarum Imperator ex agro Muchatſch ſe commouit, & ad Sigethum contendit. Tertia autem die non procul infra Sicloušchum appulit. Ibi Oroſlanum Budæ Baſſam capite plectit. Quarta porro die Quinqueeccleſias, & quinta ad D. Laurentium non procul à Sigetho peruenit, ibiq́; ſua caſtra poſuit.

Sub id ferè tempus Dn̄s Nicolaus Comes Serinus, inter Nobiles, Equites, & pedites reliquosq́; milites & ſtrenuos viros, vt omnia ordine fiant, diſpicit & procurat. Cumq́; iam reuera, certior eſſet factus, Turcicum Imperatorem conari Sigethum obſidione cingere, vidiſſetq́; ingentes illius copias appropinquare, in ar-

cem interiorem Capitaneos, copiarũ pedeſtrium ductores ſeu Vaiuodas, Nobiles equites & pedites, vnâ cum Vrbis ciuibus cæteriſq; omnibus, qui tunc temporis in arce & ciuitate Sigetho fuerant, ad ſe cõuocat, ipſiſq; exeuntibus Vrbis portas occludere iubet: qui vbi omnes in interiorem arcem conueniſſent, ipſemet Dñs Nicolaus Serinus medius inter ipſos in platea minoris arcis conſtitit, omneſq; hac propemodum ratione allocutus eſt. Mei fratres, qui ſub Cæſ: Mt: Stipendia meretis, viri ſtrenui, militeſq; fortiſsimi: Iam certo videmus ſinguli, Turcarum Imperatorem ceruicibus noſtris imminere: Quapropter ipſa neceſsitas exigit, vt nos paremus & intrepido animo noſtrum totiuſq; Chriſtiani orbis, nominiſq; hoſtem præſtolemur: qui inſolenti animo & temerario auſu, ſuis viribus, incredulorumq; hominum

minũ multitudini fidens, in nos arma ſumpſit. Nos autem ſpem & auxilium noſtrũ in Deo collocamus, qui nos nullo negotio defendere, ipſos verò ratione facillima peſſundare atq; reprimere poteſt. Alacriter ergò ipſius aduentus à nobis expectandus eſt, nec deterrere nos debent vires aut ingentes ipſius copiæ. Nihil enim dubitamus, Deum opt: max: ſi precibus veris ipſum inuocauerimus, opem nobis ſubminiſtraturum atq; clementer affuturum. Danda autem inprimis eſt opera, vt vnanimes & fideles exiſtamus, ne vlla inter nos ſimultas vigeat, ne inimcitię aut odia alantur, ne alius contra alium inſurgat: ſed omni ſtudio enitendum, vt potius apud nos omnes honeſtas locum habeat, & hîc ſumma cum concordia & beneuolentia degamus, quàm diu diuinæ id viſum fuerit voluntati. Hac itaq; de cauſa, mei fra-

 tres

tres, non abs re, ſed ſummè neceſſarium eſſe arbitror, vt inprimis & ante omnia iureiurãdo nos deuinciamus: Et initio Deo fidem demus, ſupremo etiam Magiſtratui noſtro & huic afflictæ Prouintiæ conſtantiam & integritatem ſancte promittamus. Primo ego iurabo, idem vos poſt me facturi, ne ego vobis aut vos mihi vllum diffidentiæ locum reliquiſſe videamini. Iuramentum ergò nunc meum auditote. Ego Nicolaus Comes Serinus, promitto DEO opt: max: inprimis, dein Cæſ: Mti: Dño et Magiſtratui noſtro ſummo, et huic miſeræ prouintiæ, poſtmodũ etiam vobis militibus & ſtrenuis viris, iam hîc congregatis, Ita me Deus Pater, Filius & Spiritus ſanctus, ſancta Trinitas & vnicus DEVS adiuuet, me vos nullo vnquam tempore deſerturum, imo vobiſcum victurum & moriturum, & omnia ſimul, quæcunque

incide-

inciderint ſeu bona ſeu mala paſſurũ. Iam etiam ipſa ratio exigit: vt vos idem pręſtetis erectisq; duobus digitis Deo interpoſito teſte promittatis. Poſt vnuſquiſq; veſtrûm ſuo Capitaneo in ipſa porta ſuam iuramento fidem dabit. Quare vt ex vobis quilibet hæc pręeunte ſcriba clara voce eleuatisq; duobus digitis dicat, ſedulò inſpiciemus: atq; in eum, qui forte iſta facere aut effari recuſabit, grauiſsimè animaduertemus. Is enim nobiſcum ad extremum vſq; perſeuerare minimè cogitat: nec veri hominis ſed proditoris nomine meritò cenſendus eſt: Quem etiam hac de cauſa è veſtigio compræhendi iubebimus. Eſto itaq; veſtrum Iuramentũ hoc. Nos omnes Ciues, Equites & pedites, militeſq; ſtipendiarij Cæſ: M tis: iuramus primum DEO Opt: Max: poſthac Chriſtiano noſtro Magiſtratui, huicq; Prouintiæ

& Dño noſtro Nicolao Serino Comiti, ſancteq; affirmamus: nos, vt fideles & morigeros decet, obedientiam omnem præſtaturos: cũ ipſo etiam nos victuros, mortemq́; oppetituros cõſtanter pollicemur. Audite præterea quid vos ſcire velim, Si fortaſſe interea temporis mors ingrueret, meq́; è medio tolleret, meo loco vobis hunc familiarem meũ Dominum Caſparum Alapianum conſtituo, vobisq́; impero, vt ipſi pareatis, ſummumq́; honorem tanquam mihi ipſi exhibeatis, & ſi quæ vobis mandata dederit, ea diligenter optimaq́; fide exequamini. Animaduertite porrò in iſta capita, ſi quis equitũ aut peditum Capitaneo ſuo aut Tribuno obedientiam recuſauerit, aut imperium quacunq; tandẽ ratione detractauerit, ipſumq́; vi aut ſtricto gladio adoriri conabitur, interficitor. Deinde ſi Epiſtolam quis

Turci-

Turcicam aut acceperit aut legerit, ſtatim occiditor. Qui autem literas per ſagittam immiſſas, aut alio in loco depoſitas inuenerit: vt Capitaneo ſuo confeſtim eas exhibeat, hic porrò vt igni tradat, ſeriò edico. Et quoniam ſtationes ſeu loca per Capitaneos, Vaiuodas & Tribunos quibus quiſq; manere excubiasq́; agere debeat, diſtribuentur, fortè aliquis nobiliũ, aut etiam reliquorum, quicunq; is fuerit, depræhendetur, qui abſq; venia & ſcitu Capitanei ſui, Vaiuodæ, Tribuni vel Decurionis loco ſuo diſceſſerit, abſensq́; fuerit, is ſine vllo habito iuditio repentè ſtrangulator. Qui vxorem ſeu matrẽ habet, huic cibus & potus reliquaq́; neceſſaria, in locum ſuum ab ipſis transferri & præberi poterit, ipſe autem in ſtatione ſua immotus maneat. Illi porrò cui nec mater nec vxor eſt, cibus in mea culina præparabitur:

tur:quem ille vt per Tribunum ſuum accipiat commode et certis horis curabitur. Vini quoq; ijs, qui non habent, cuilibet in ſingulos dies ſextarius ſeu menſuræ quarta pars, cum pane aceto & ſale dabitur. Iſtis verò qui vxorati ſunt & tamen panibus carent, ſuillam carnē atq; farinā, vt ſibi panes ipſimet conficiant ſuppeditabimus. Deniq; ſi duo occulta quædā conſilia tractare & muſsitare inter ſe depræhenſi fuerint, ambo recta ſuſpenduntor. Et ſi talia quis forte vel audierit vel viderit, nec familiaritatis cauſa indicare ea voluerit: abſq; mora eodem ſuplicij genere cū ipſis mulctator. Poſtremò, qui alteri vel teruntiū furto abſtulerit, ſubitò ſtrangulator. Hanc itaq; ob rem maiorisq; obſeruantiæ & timoris gratia, Dn̄s Comes Serinus, crucem in Sigethi arce maiori propè portas poni iuſsit. Dein militem quendam pe-

destrem,

deſtrem, eò quod gladium in Vaiuodam ſtrinxerit èq; vagina eduxerit, in platea magnæ ciuitatis capite mulctauit. Eo quoq; in loco Comes Serinus ipſum Mahmut Agam, ſeu Capitaneum propter inſignem eius perfidiam & enormia flagitia, quæ in via Sigethum iter faciens, perpetrauerat, pœna capitis affecit.. Idq; maioris reuerentiæ & timoris cauſa ab ipſo factum eſſe, cenſendum eſt. His peractis Comes Serinus omnibus Nobilibus militibusq́; pedeſtribus degentibus in maiori oppido imperauit, vt ſuas ædes demoliantur & diruant, paleamq́; exportent comburantq́; : In noua autem vrbe habitantibus, vt ſtramen tectis eximant, inq́; domos transferant: quo Ciuitas, quæ lignis ſaltem & ſepibus cincta fuerat, eò melius conflagrare poſſet, mandat. Poſteaquam Comes Serinus, hac ratione omnes autho

 raſſet

raſſet militiæq́; Sacramento obligaſſet: illic toto cum exercitu & militibus manſit, quorum, qui armis geſtandis tractandisq́; idonei erant, in vniuerſum duo millia, trecenti & alij quidam plures, mulieribus tamen liberisq́; exceptis numerabantur.

Triceſima prima Iulij die, ipſe Vrumelibeglerbegus & Akanski Baſſa nonaginta millibus Turcarum adueniunt, & prope D. Laurentium vno milliari à Sigetho conſidunt: Eò ſe quoq; ex caſtris centena Turcarum millia conferunt, & e veſtigio ea ipſa adhuc luce cum noſtris ab exortu diei vſq; ad meridiem intra ſepta velitario certamine dimicant, rurſumq́; in caſtra ſub noctem quietis cauſa reuertuntur. Prima die Auguſti Vueglerbegus & Akanski Baſſa iūctis illis nonaginta millibus Turcarum totoq́; exercitu inde ſoluunt,

ſeq́;

ſeq; apud Simlehouum quarta parte vni-
us milliaris ab arce in quodam colle ſeu
monte non procul à Sigethi vineis diſtan-
te, demittunt, ipſoq; diluculo ad ſepta cũ
noſtris dimicatũ veniunt, Cumq; acriter
à meridie aduſq; veſperam pugnaſſent, ex
Turcis plurimi tormentis manuarijs in-
terfecti deſiderabantur. Hunc ergò in mo-
dum ſingulis diebus ter Turcæ appropin
quabant, donec eò ipſe quoq; Imperator
aduenerit. Quinta die Auguſti Vueg-
lerbegus & Akanski Baſſa vnà cum exer-
citu de colle illo, quem Cæſari delegerant
vacuumq; pro eo reliquerant, ſecedunt, &
ſua circa arcem caſtra locant. Eo ipſe die
Lunæ, in colle, ex quo ſe Vueglerbegus
& Akanski Baſſa Simlehouum verſus re-
ceperant, Cæſaris tentoria ſeu papiliones
figuntur. Sequenti die Martis, qui fuit
ſexta Auguſti, Cæſar ipſe omnibus copijs

& tota manu comitatus ſubſequitur, ipſũque collem, qui Sigethanis vineis adiacet occupat: ibiq́; cũ ſtatiua collocaſſet, ſuaq́; caſtra metatus eſſet, quieſcit. Reliquus autem exercitus & milites arci ita denſo agmine imminebant, eamq́; circumſedebant, vt tentoria ſe mutuo attingerent, nec quiſquàm arcem ingrediens propter immenſam hoſtium multitudinem conſpici potuerit. Eadem quoq; die in omnibus ſeptis et mœnibus vſq; ad noctem grauiter dimicatum eſt: ſoleq́; occidente Imperator omnes machinas bellicas & bombardas, quas ſecum aduexerat diſplodit atq; emittit: Ianitſchari etiam id eſt σωματοφύλακες, Turcici Cæſaris, quorum ipſe vt ſibi præſto ſemper ſint, aliquot millia in aula ſua alit, genus hominum bellicoſum atq; ſagittandi peritiſsimum ſua tormenta manuaria eiaculantur: Vnde

talis

talis ſtrepitus & fragor exaudiebatur, vt tonitrua quis cœlo deſcendere arbitraretur. Poſt hæc magna voce ingentiq́; clamore in omnibus Turcarum caſtris cœptum eſt ter Halla, id eſt, Deus, acclamari, idq́; in ſignificationem proſperi ad Sigethũ Cæſaris aduentus: Chriſtiani è contra in arce Sigeth nomen Ieſus exclamabant. Septima Auguſti die Turcæ ex planitie & agris, Gerras, ſeu cophinos virgultis contextos terraq́; impletos ad nouam vrbem præmittunt, aggerem deinde iaciunt, & vallo foſsisq́, remuniunt, quibus mox tormenta & bombardas ſuperinducunt occultantq́;: Et noſtros qui ſe intra ſepta iuxta portam nouæ ciuitatis extructa continebant, aſsidue petunt. Eo tamen die ipſi propter crebra noſtrorũ tormentorũ fulmina efficere nihil poterant, Ibi etiam Ianitſchari cum prius ad ſepta

ſeu terminos acceſsiſſent, acriter cum noſtris dimicant. Atq; ex noſtris vnus ſaltem, illorum autem multi in eo conflictu perierunt. Hac ipſa die Comes Serinus omnia ſepta, hortos & arbores comburi atq; amputari, & vtriuſq; ciuitatis portas, quæ dein terra repletæ atq; munitæ ſunt, ſerari iuſſerat. Veſpere itaq; eius diei, Iouisq́; manè & ſerò Turcæ aggerem iacere pergunt, Ianitzſchari verò ſe foſsis ingerunt, & terra, vt ab iniuria bombardarum tuti eſſe poſſent, cooperiunt atq; occultant. Octaua Auguſti die Iouis Turcæ ſummo mane nouam ciuitatem tribus in locis petere atq; concutere incipiunt. Ianitzſchari etiam ſuis ſcloppetis rem tentant, & in vtramq; vrbem ſine intermiſsione iaculantur. Poſt hæc ipſe Aliportuk aggerem iacere munitionemq́ue nocturno tempore, infra arcē interiorem

prope

prope regium hortum, rectè in ipſa palu-
de ſeu foſſa arcis moliri, eòq́; maiora tor-
menta ſtatuere pergit. Nona Auguſti,
die Veneris ipſe diluculo idem Aliportuk
qui Imperatoris terra mariq; bellicarum
machinarum & munitionum Præfectus
fuit, quinq; maioribus tormentis & ali-
quot bombardis fulminat, arcemq́; Sige-
thi interiorem petit, tantumq́; ea die aſſi-
duis tormentorũ ictibus profecit: vt iam
in ea Turrim & æreas campanas concuſ-
ſerit atq; fregerit. Incepit ſummo mane
machinas diſplodere, nec ad veſperam vſq;
conquieuit. Et licet aliquantulum deſti-
tit, tamen paulo poſt iterum perrexit, per-
que totam noctem ſine intermſione de-
tonuit. Hæc vbi Comes Serinus eadẽ die
Veneris ſerò vidiſſet, plurimosque ex ſuis
interire tormentis cognouiſſet: uouã vrbẽ
ſub ipſo crepuſculo incendere, eamq́; pe-
nitus

nitus igne delere, veterem porro ſeu maiorem ciuitatem occludere iuſsit. Decima Auguſti, qui fuit dies Saturni, Turcæ vetus maiuſúe oppidum tribus ex locis maioribus tormentis petunt: Ianitzſchari verò aggerem iaciunt, & vallo terraq́; effoſſa ſe munientes propius ad id accedunt. Machinas quoq; in Nouam Ciuitatẽ, quę incendio conflagrauit, deduci curant: Quibus deinde eo ex loco veterem vrbem verberare atq́; concutere pergunt. Eadem die Turcæ & ipſius Aliportuk aggere, lignis, ruderibus, terraq́; cratem ſeu pontem, quo per paluſtria loca eò commodius tranſitum conſequi poſſent, conficiunt. Adhæc ipſi trabes & ligna præferebant, quibus tecti, viã ſtrauerunt, et de die in diem ſemper propius ad arcem acceſſerunt: Omnes autẽ Turcæ in hoc, vt quam citiſsimè Cratem illam ſeu pontem

tem per loca paludibus referta conſtru-
erent, incumbebant, nec eorum vllus la-
bore ſeu onere illo ſubleuatus erat, imò
cuncti ad geſtanda ligna & arbuſta com-
pellebantur, operiq́; perficiendo ſtrenuè
occupabantur. Cameli quoq; , equi clitel-
larij & muli nullo vnquã tempore quieſ-
cebant, ſylua porrò et agri omnes, Turcis,
Camelis equis & brutis animalibus pleni
refertiq́; conſpiciebantur. Erant itaq; ex
duabus partibus Crates à ciuitate arcem
verſus confectæ, in quibus vtriſq; magna
lignorum copia depoſita erat, cumq́; pon-
tes ruderibus & terra fabricatos ſtrauiſ-
ſent, eoſq́; prope mœnia deduxiſſent: ca-
ſtella quædam, & lanitium tanquam
munimen aliquod ſeu ἐπιτείχισμα ex ſaccis vel-
lere & ſuccidia conſtipatis imponunt,
quo Ianitſchari tecti opertiq́; ſtabant, atq;
inde arcis mœnia ita petebant, vt in ijs pro

F pter

pter aſsiduos tormentorum ictus nemo in poſterum ex noſtris permanere potuerit. Decimanona Auguſti, die Lunæ, qui D. Bartholomæū præcedit, Turcæ magnā ciuitatem cœperunt, ſuamq́; in poteſtatem redegerunt. Ibi multi ex noſtris fortes viri, qui intro in arcem auffugere, èq; hoſtium manibus euadere nequiuerunt, deſiderabantur. Turcæ enim ipſos vſq; ad pōtem Arcis præcurrebant, atq́; vt introitum prohiberent, ſumma ipſos velocitate anteuertebant. Quapropter qui maturè ſe in arcem recipere non potuerunt, foris omnes trucidati ſunt. Inter quos erat Martinus Boſniak, Petrus Botoſch peditum ductor ſeu Vaiuoda, aliiq́; complures ſtrenui & longo rerū vſu induſtrij milites, In ponte etiā decrepitus ille Laurentius, Petrus Batha, Blaſius Diak, Georgius Mathiaſch, omnes Vaiuodæ, vel co-

piarum

piarum pedeſtrium ductores, miſerè interfecti perierunt. Ibi quoq; Mathias Sektſchudi Vaiuoda globo percuſsus poſtea ad frugem peruenire vel ſanitatem recuperare potuit nunquam. Finierunt inſuper in expugnatione vrbis vitam Rodouan & Franciſcus Dando Vaiuodæ, aliiq; magni nominis milites non pauci, quos omnes hîc ſcripto compræhendere & recenſere non fuit integrum. Poſteaquam Ciuitas ingenti clade & ſumma cū iactura amiſſa eſt: Multi enim veteres Vaiuodę, & optimi peritiſsimiq́ milites in ea interierunt, maximo mœrore & triſticia affecti, cęteri omnes in arcem ſeſe contulerunt, in eamq́; cum comite Serino ſeipſos incluſerunt. Turcę vero vrbem fortiſsimo præſidio tenebāt, iamq́; in ea morabantur. Viceſima die Auguſti hoſtes quatuor in locis fulmina maioribus tormentis arci immit-

 tunt,

tunt, ad eamq́; binas vias ruderibus arbu-
ſtis & terra præparant. Paludes enim &
foſſæ tunc aquis deſtitutæ atq; exſiccatæ
erant, nec vlla penitus aqua in ijs, præter li-
mum & lutum continebatur. Viceſima
ſexta Auguſti die Lunæ poſt D. Bartho-
lomæum Turcæ per Crates ex aggere
ipſius Aliportuk primum impetum in ar-
cem interiorē faciunt, expugnationemq́;
tentant: in qua plurimi Turcæ perierunt,
noſtri autem duo ſigna ab ipſis conſecu-
ti, intro in arcem abſtulerunt, & vnà Mi-
ſerskium Baſſam bombardæ ictu interfe-
cerunt. Ex eo loco Turcæ ſummo cum
dedecore & ignominia abire atq; ſecedere
coacti ſunt, quorum ingens numerus paſ-
ſim ſub ipſis mœnibus & muris, cum plu-
rimis palis quibus ad direptionem arcis in-
ſtructi venerant, cæſus iacuit. In hunc er-
go modum Turcæ poſt diem Lunæ ſin-

gulis

gulis diebus, magis magisq́; tribus in locis ex Haſerdia & duobus propugnaculis ſeu monimentis, vno prope portas exiſtente, alteri monti contiguo, interiorem arcem oppugnant & affligunt. Secunda die Septembris Ianitſchari incurſione facta in arcē irruere cogitabant, ſed mutarunt conſilium & nocturno tempore magnū propugnaculum, quod monti conterminum erat, ſuffodere cœperunt, cumq́; per tres totos dies ſtrenue laborarent, tantum inde terreſtris materiæ et ruderum extraxerunt, vt Ianitſcharus eo in loco pertranſire, & ad interiorem ſepem, vbi quendam ex noſtris in ipſo propugnaculo bombarda traiecit, penetrare, noſtroſq́; ſub terra contingere potuit. Eò poſtea magnam exſiccatorum lignorum copiam, aſſeres, paleam & pulluerem nitratum comportarunt. Quinta autem Septembris, die Io-

uis qui D. Mariæ Virginis feſtum præcedit, Turcæ magnum propugnaculum ſeu munimen maioris arcis ſummo diluculo incendunt, quod & per ſe vehementer arderet impulſu tamen & flatu Auſtri ignis magis magiſq; augeſcebat, inq; arcem vſq; deferebatur. Poſthæc etiam trabes & ligna quæ illuc ad reparandos in propugnaculis circuitus & ruinas depoſita erant, & incendio abſumuntur ex quo deinceps Dñi Stabula, cæteraq; in maiori arce ædificia conflagrare cœperunt. In eo propugnaculo atq; incendio omnia Cæſaris magna tormenta ita diſpoſita erant, vt abſq; reſpiratione ijs quatuor ex locis detonarent. Adhæc Ianitſchari ſuis tormentis manuarijs ſeu ſcloppetis arcem petunt, & crebris denſiſq; ictibus inſtar pluuiæ in arcem globos diſplodunt, atq; propugnaculum quod portæ contiguum & vicinũ

erat,

erat, grauiter oppugnant. In eo verò propugnaculo quod Nadaſchgoui appellabatur, irruptionem Turcæ faciunt, maximoq́; impetu in arcem feruntur, In iſta propugnaculi defenſione Comes ipſe Serinus præſens aderat & acriter cum Turcis decertauerat ita, vt hoſtiles impetus fortiſsimè propulſaret, eosq́; bis arce expelleret atq; eijceret. Hoc in conflictu et certamine Ioannes Nouakouitſch occubuit. Cum ergo Comes Serinus ignem maximas vires ſumere, et iam prope ad puluerem nitratum (cuius ingens copia in magna exteriori arce iuxta portas minoris arcis erat) procedere conſpexiſſet, et quod propter ignis vehementiam Turcarumq́; immenſas copias iam vndiquaq; irruentes in maiori arce longius morari non poſſet, ſe vna cum reliquis, qui ſuperant militibus, quiq́ elabi et aufugere in-

de

de poterant in arcem interiorem contulit atq; recepit, eiuſq́; portas bonus ille comes in tantas redactus anguſtias claudere iuſſit. Foris autem complures egregij milites trucidati ſunt, Mulieres & infantes multi, de quibus inter ipſos Turcas maxima contentio et lis extitit, in Turcarum caſtra captiui abducebantur. Poſtea Comes Capitaneis et peditum præfectis ſeu ductoribus, quos Vaiuodas, vt loca quo quiſq; ſtare et excubias agere debeat, diſtribuant, præcipit. Mœnia namq; exterioris arcis interiorem etiam cum ſuo muro complectebantur: hicq́; continuus quaſi et ab ipſis contentus conſpiciebatur. Ita vt aliquis ex maiori arce in interiorem nullo negotio et absq; anfractu progredi potuerit. Interior quippe arx tantummodo, in vna parte ſeu angulo magnæ arcis poſita, nullum propter exteriorem ſeu

magnam

magnam arcem, munimen vel propugnaculum habebat, nec aliud quidpiam, exceptis vno aut altero Conclaui, quod ipſe Dn̄s Comes inhabitabat, & domibus aliquot, in quibus puluis nitratus omniſque generis bombardæ depoſitæ ſeruabantur. Cætera ædificia in quibus commeatus, & ſaliginis farina, auena, hordeum, caro ſuilla, & fumo macerati piſces, (quorum omniū propè ineffabilis aderat abundantia) ſeruabantur, in maiori arce ſingula contenta erant. Remanſerunt ibi etiā quinquaginta dolia vino, trecenta aceto, & quinquaginta omnis generis leguminibus referta. Earum deniq; rerum quæ ad victum requiruntur neceſſaria omnium inſignis aderat copia: quæ omnia in maiori arce relicta, & igne abſumpta ſunt, hacq de cauſa, nec noſtris nec hoſtibus ea vſui & bono eſſe potuerunt. Amiſſa ſunt pręterea in

arce maiori omnia tormenta, quæ Turcis ceſſerunt, & quibus deinceps noſtros tam diu petierunt, donec interiorem quoq; arcem (ſicuti poſtea dicetur) ademerunt. In interiori autem arce pręter duo magna tormenta, duo Mortaria quę ὄιχμοι κεραυνόβολοι dicuntur, & 14. bombardas nihil erat reliquum: Cęteris impedimentis & rebus omnibus hoſtes foris in exteriori arce potiti ſunt. De commeatu in interiori nihil propemodũ aderat, præterquam mille modij Tſchargouiani triticea farina referti, quos Comes Serinus ex ſuis prædijss Tſchargouianis apportari mandauerat: Magna itaq; penuria eo tempore, quo ad panem et potum erat, & talis vt per hoc triduum mulieres & infantes fame ſitiq; extinguetentur. In exteriori porrò arce vnuſquiſq; militum tàm pedeſter quàm eques victũ & cibaria affatim habuit. Nemo autem

quicquam

quicquamm ſecum in arcem interiorem auferre, nec multum de auro vel argento aſſportando ſolicitus eſſe potuit. Omnia enim vt dixi , incendio foris abſumpta ſunt, tantoq; impetu & celeritate arx illa noſtris erepta & à Turcis expugnata eſt, vt vix in interiorem arcem elabi atq; aufu gere potuerint. Quam poſteaq́; Turcæ occuparunt, multa vexilla in aggerem ſeu vallum arcis collocarũt, atq; per duos Io-uis & Veneris dies illic in maiori arce con-quieuerunt. Noſtri verò in parua ſeu in-teriori arce occluſi & vndiquaq; obſeſſi ac circũuenti hæſerunt, Nec Turcarum ad noſtros adhuc in arcem interiorẽ adi-tus vlli, aut noſtrorum inde foras ad eos exitus patuit. Septembris die ſeptima hoc eſt, veſperi D Mariæ virginis feſto, & ipſo mane circa horam ſextã Turcæ con-iecto in arcem igne, ędificia in quibus Co-

mes Serinus habitabat, in interiori arce contenta incendunt, & ad expugnationē arcis omnes Imperatoris pedeſtres copiæ ſumma cum vi irruunt: Adhęc claſsicum canere, tympanis perſtrepere & tubis infinitis ingentem ſonitum edere, incipiunt, ſignaq́; innumera in arcem maiorem collocant. Itaq; tanta erat vndiquaq; Turcarum multitudo, vt nec prata cerni, nec aquę nec arbores ex arce conſpici potuerint. Omnia enim plena Turcis et ſub ipſis mœnibus referta erant. Interea arx vehementer et ſupra modum igne deuaſtabatur. Quod cum Dn̄s Comes Serinus vidiſſet, ſeq; diutius in ea continere non poſſe conſpexiſſet, per Cubiculariū ſuum Franciſcū Scherenkū veſtem holoſericam, aliamq́; tunicā ex ſerico non latam (Menten ipſi vocant) interulā et alia mūda ſibi adferri iuſsit: atq; ad omnes qui tunc ſecū

erant,

erant, milites in hæc verba locutus eſt, Nunc non opus habeo veſtimentis grauibus ſed leuibus ſaltem, quibusq; absq; impedimento me commode et cum agilitate quadam defendere poſsim. Iniunxit ſibi etiã dari galerũ ex nigro ſerico villoſo, auro intextum et ornatum, quem in nuptijs geſtare ſolitus erat. Huic affixum fuit ornamentum quoddam aureum peculiare, in cuius pala prętioſus lapis adamas, præſtantiſsimæ pennæ ab Ardea deſumptę continebantur. Deinde centum aureos nummos ſeu ducatos Vngaricos, quibus tamen nullus ex Turcica moneta admixtus eſſe debeat, adferre iuſsit, quos vbi Cubicularius attuliſſet, holoſericam tunicam ſcindi, eosq́; inter goſsipium, quo illa contexta erat, & ſericum poni curauit, ſic ad ſuos inquiens. Hoc ideo me feciſſe vos exiſtimare omnino velim: ne ſi

quis fortè hoſtium aut latronum meis me veſtibus exuet, dicat, ſe nihil prædæ aut lucri penitus apud me inueniſſe Præterea Cubiculario, vt ſibi redderet arcis claues, quas ille ſemper dum arx obſeſſa fuit, in manu ſua & poteſtate habuerat, mandauit: eas cum accepiſſet, ſtatim tunicæ in quam centum ducatos repoſuerat ingerit, ſuos hunc in modum affatus: Reuera mihi creditote, quod dum manum hanc meam mouere & gladio hoc vitam defendere licebit, neminem mihi centum iſtos ducatos & claues murepturum. Me autem mortuo, quicunq; adeptus fuerit, eos ſibi habeto. Iuramentum ſiquidem iam Deo pręſtiti, votumq; nuncupaui, me per Turcarum caſtra nequaquam ductum, nec liberis digito demonſtratum iri. Deniq ſuo antedicto cubiculario præcepit, vt ſuos curuos & inſtar falcis enſes (quos Sabl vocant)

cant)auro et argento decoratos, ſibi porrigat, quos cum probaſſet, ex quatuor gladijs vnum, qui adhuc ipſius parentis erat, elegit, dicens. Hic vnus eſt ex veteribus meis gladijs, hoc gladio ego omnium primo gloriam & honorem promerui, omniaq́ quæ habeo, acquiſiui Et hoc gladio ego nunc ſingula, quæ Deus in me iuditio ſuo decreuerit, perferam Sic gladium dextra manu accipiens è conclaui ſuo ſe recipit, atq; poſt ſe parmam ſeu peltam rotundam geſtare iubet. Nullis præterea armis, nec lorica nec galea ſe munire volebat, hoc addens, Deum protectorem defenſoremq́; ipſius futurum, ſe etiam ex Sigetho elabi aut aufugere nequaquam conaturũ, ſed omnia conſtanti animo, quicquid Deus voluerit ſubiturum atq; paſſurum. Cumq; è ſuo conclaui exijſſet, inq; cauedium ſeu plateam interioris arcis veniſſet,

niſſet,

niſſet, omnes iam ibi milites, equites & pedites in procinctu ſtabant, eumq́; loricis, galeis, et clypeis tecti, euaginatis etiam gladijs parato præſentiq́; animo expectabant, Et vbi Arcē incendio, quòd reſtingui amplius nulla ratione poterat, conflagrare penitus vidiſſent, nec longius in ea propter vim ignis & fumum morari ſe poſſe animaduertiſſent, cœpit ipſe Dn̄s Comes in hanc prope ſententiā, vt omnes eū exaudire & percipere facile poſſent, in platea arcis loqui. Mei fratres & ſtrenui milites, nūc reipſa & ante oculos ſimul cernimus omnes: qua ratione nos Deus igne hodie puniat, Igne nos hoſtes noſtri ſuperant & vincunt. Nec tantum eorum nobis potentia & copiæ nocerent, quantum ignis & incendium damni dat, noſq́; peſſundat. Nihilominus tamen hanc pœnam à Deo Opt: Max: im̄miſſam patienti gratoq́ue

animo

animo perferre nos decet: hac enim non ſolum ob noſtra nos peccata, ſed etiam ob prouintiæ huius flagitia punire voluit. Quapropter ignorare vos minime arbitror, quopacto antea fidem meam vobis dederim, vosq́; mihi viciſsim ſanctè & Deo interpoſito teſte per iuſiurandum promiſeritis: Nos hîc vnà ſimul victuros & morituros eſſe. Et quidem ad hoc vſq; tempus (Deo ſint gratiæ) nihil malis commiſſum, nec vlla inter nos proditio depręhenſa eſt: Quod & nunc nulla penitus ratione accidere debet. Iam cuncti in præſentia videmus, quod hoc in loco longius morã protrahere & perſeuerare, etſi vellemus, non poſſumus. Idq́; tribus de cauſis, quarum prima eſt, quod hic flammis & incendio conſummimur, altera quod noſtrũ admodum pauci ſunt, tertia quod cõmeatu caremus, vobisq́; infantes et mu-

lieres fame ſitiq́; pereunt. Quapropter quid igne hic conflagrare volumus? Sinitote exeamus foras in exteriorem arcem ſtrenui milites, mediumq́; digitũ hoſtibus oſtendamus, & cũ eo fortiter manus conſeramus, vt poſt interitũ & mortem quiſque noſtrûm famam ſibi & gloriam comparet ſempiternam, qui occubuerit, ęuum cum DEO ſine omni dubio aget: cui vero vſura vitæ longius conceſſa fuerit, in eaq́; ſuperſtes manſerit, is ſummis laudibus nunquam non celebrabitur. Atq; hac de cauſa, ego omniũ primus eſſe volo, vos primo foras præcedere. Et quod ego facturus ſum, hoc idem & vos facite. Certo mihi credite fratres dilecti, me vos ad rogum vſq; non eſſe derelicturum. Poſthæc ter IESVS exclamat, atq; Cæſ: Mtis: vexillum ipſi Laurentio Iuranitſch, vt id ſibi præferat, tradit, portaſq; arcis aperire iubet,

bet. In ipſá autem porta machina bellica quæ mortarium vulgo vocari conſueuit ferro in fruſtra diſſecto referta iacebat, quę in Turcas paulo ante diſploſa atq; emiſſa fuerat, vnde ſub ipſo fumo Comes Serinus nudu gladio & exigua parma foras progreditur, ipſum Iuranitſch cum ſigno præcedebat, reliqui porro milites, equites & pedites, quiq; adhuc ſupererant, omnes inſequebantur, ibiq́; in ipſo ponte cum Turcis conflixerant. Eo in loco Ianitſchari D. Nicolaum Comitem Serinum tribus in locis globo percuſſerunt, vbi etiam ex eo ictu, quem capite excepit, prolapſus in terram concidit. Quo facto Turcæ confeſtim ter Halla, id eſt, Deus exclamabant, Noſtri autem retro in arcem interiorem profugiebant, cumq́; ipſos Turcæ vehementer inſequerentur, ipſisq; ingenti furore incumberent, vnà cum noſtris in

arcem ſumma vi & impetu irruunt atq́; feruntur. Iam murus interior & ipſa mœnia Turcis vndiquaq; plena exiſtebant, vnde noſtros deſuper ruderibus & lignis aduſq́; internecionem feriunt, et acriter cū noſtris militibus pugnāt. Hos omnes exceptis his, quos aliqui galeris & pileis Turcicis tectos aut ricis opertos & veluti perſonatos abducebant, interfecerunt. Infantes autem & mulieres omnes viuas ſeruarunt, captiuasq́; ſecum traxerunt, Hoc autem pleriq; omnes Ianitſchari, eorumq́; maior pars quam reliquarum Turcarum fecerunt, cumq́; captiuum alicui eripere non potuiſſent, eum ipſi vi et ignominioſe prę manibus diſſecarunt. Eo arcis in loco noſtrorum Turcarumq́; cadaueribus ita referta erant omnia, vt aliter quis quàm per funera mortuorum ire, eaq́; calcare et præmere, arcem ingrediens, aut in

ea

ea ambulare volens, non quiuerit. Tanta etiam in ipſis mœnibus interioris arcis cæſorum, interfectorumq́; hominum copia paſsim iacebat, vt ſanguinem quis ibi & cruorem haurire haud difficile potuerit. Eductus igitur ex arce omnibus Chriſtianis, & Turcis iam vtrasq́; arces maiorem & minorem vna cum domibus, mœnibus, plateisq́; tenentibus, Ignis ſeu incendium, ad pulueerem nitratū, qui in quadam turri interioris arcis, fornici prope terram incluſus erat, peruenit, veteresq́; domos, quę in interiorē arcem continebantur à fundamentis euertit atq; diſiecit. Eo graſſante incendio quàm plurimi Turcæ cemento & puluere interfecti deſiderabantur. Et quemadmodum ipſi Turcæ aſſerunt, eo ſaltem in loco Turcarum plus minus tria millia, partim incendio abſumpti, partim ruinis ædificiorum ac lapidibus & tegulis

 obruti

obruti perierunt. Nam huius cladis cauſa & calamitatis per totũ exercitum ſummus clamor inſignisq́; lamentatio peruagata eſt. Lugebat quippe extinctũ ſuum patrem quidam, alius filij interitum deplorabat, tertius ob fratris mortem vociferabatur. Ea die Ianitſcharorum Capitaneus Dño Comiti Serino iam mortuo caput amputari, idq́; ad Turcarum Cæſarem perferri iuſsit.

Cæterum ſupremus Turcici Imperatoris Mechmet Baſſa cum aliquot viſiris tanta calliditate vſus eſt, vt neq; ex inferioribus Baſsis aut Vuegis quiſquam, neq; Ianitſcharij alijq́; milites Solymani Imperatoris ſui mortem, quarta adhuc Septembris poſt prandium circa horam primam in loco Siclihouo dicto, quarta parte milliaris à Sigetho diſtantis propè vineas Sigethanas extincti: niſi expugnata iam arce Si-

ce Sigethi, & cómonefacto hac de re prius per literas Selimo Solymani filio cognoſcere potuerint.

Atq; ne palam omnino fieret, alijsq́; innoteſceret, idem Mechmet Baſcha Doctorem, qui Cæſaris curam egit, nocturno tempore, ne mortem ipſius diuulgaret, clam trucidauit.

Interea etiam mortuo Cæſare per ſingulos dies clangere, tubis & alijs Muſicis inſtrumentis perſonare, cibos coquere & apponere, tanquam ſi Cæſar in viuis eſſet, iubebat.

Poſt mortem autem Solymani ſtatim ingens malum euenit, & vehemens tempeſtas, validiſsimusq́; ventus exortus eſt, qui omnia Turcarum Imperatoris tentoria diſiecit, & ea, quaſi aliò ſecum rapere vellet, euertit. Idem per reliqua omnia Turcarum caſtra & ad Machmet Baſſæ

Soko-

Sokolouitſchij papiliones flando progreſſus omnem paleam & fenum, quod in caſtris alicubi reperit, abſtulit, ſecumq; rapuit. Eodem ferè tempore mirum quiddam accidit: Nam Danuibus inferius prope Tulniam ita turbidus & arena lutoq; mixtus conſpiciebatur, vt tridui ſpatio purgari & lucidus reddi, nec (vt ipſi Turcæ & ciues Tuliani referunt) vllus eius vſus, vel ad coquendum, lauandum aut bibendum eſſe potuerit. Octaua Septembris die ſolis Mariæ Virgini ſacro, caput Comitis Serini inter alia Sigethanorum iam interfectorum militum capita, palo non tam longè à terra affigitur, et iactu vnius lapidis ab Imperatoris tentorio collocatur. Circa etiam vndiquaq; ſigna ſeu vexilla Sigethana tranſuerſim cuſpidibus in terram defixis ſtabant. Sic ea tota die caput Comitis Serini in illa platea palo

affixum

affixum conſpiciebatur. Nec enim Turcæ vnquam conquieuerunt, ſed ſine intermiſsione caput illud ſæpe dictum Comitis Serini et reliqua Sigethanorum militum, quæ in vnum aceruum comportata cõgeſtaq́; erant capita, ſpectatum contemplatumq́; venerunt. Singulis etiam Turcis, qui Sigethani militis caput ad Cæſaris vel illius loco Mechmet Baſchę tentorium attuliſſent, decem aurei nummi ſeu ducati numerabantur. Septembris die nona, Lunæ ſummo mane Mechmet Baſſa Sokolouitſchius Cæſaris gener & ſupremus Conſiliarius Dñi Comitis Serini caput Budam ſeu Salinum fratri ſuo Muſtafæ Sokolouitſchio Budenſi Baſſæ mittit, quod cum accepiſſet, ſerico ſtatim inuoluit, ſubtiliq́ue lintheo tegit, & per duos Ruſticos Taurinum, quod ab aliquibus etiam Bregetum dicitur, in ca-

ſtra noſtri Imperatoris ablegat, Inde porrò per Balthaſarum Batſchani multis cum lacrhymis ſummoq́; mœrore Tſchacaturnum delatum, Ibiq́; Monaſterio D. Helenę in fornice ſeu Mauſoleo, quo Catharina prima ipſius vxor de Frankenpanibus fœlicis memoriæ cũ filia & duobus filijs incluſa quieſcit, tandem ſepultum, terræq́; mandatum eſt: Cuius animæ Deus Opt: Max: in regno cœlorum æternam quietem largiri dignetur.

EPITHAPHIVM ASSCRIPTVM SEPVLTVRÆ IN ZHAKATVRN EIVSdem Illuſtriſs. Comitis NICOLAI ZRINII, &c.

ILluſtriſsimo Comiti NICOLAO ZRINIO Torquati ex ſerore nepoti, à CAROLO Quinto poſt Viennam obſidione ſolutam, quod in ea adoleſcens adhuc & Tyro multa & præclara confeciſſet, equo auroq; donato : ad Budam & Peſchtũ pulchra per facinora ſumma cum laude probato : Croatiæ, Dalmatiæ & Sclauoniæ Bannato, Tauernicorũq; Regalium in Pannonia Magiſterio ſingulari cum prudentia functo : copijs Cæſaris ad dextrũ Danubij latus à FERDINANDO Primo, & MAXIMILIANO Secũdo Imperatoribus Præfecto: victis ſæpiſſimè, fugatis, cœptis, cæſisq; hoſtibus : In-

 fauſtiſsi-

ſauſtiſsima poſtremum funeſtiſsimaq; Zygethi expugnatione, cuius arcem contra innumerabilem Solymani Turcarũ Principis exercitum, facta eorum ingenti & memorabili ſtrage, diutius quàm viribus par fuerat defendit, defuncto ibidem Solymano totius orbis flagello, pulcherrimè abſumpto, bellicæ gloriæ fortiſsimo, inuictiſsimoq́; duci, de ſe publiceq́ B. M. P. P.

Vixit Annos XXXXVIII. Occubuit 7. Septembris. Anno Virginei partus M D LXVI.

ALIVD.

Hoſtibus vt vidit diris, & cædere fatis
Credita virtuti mœnia celſa ſuæ.
Seruatæ à me olim, nunc me ſeruabitis, inquit
Arces, & pugnans ZRINIVS *occubuit.*
I modo, te iacta quantumuis Roma: Lyburnis
Et ſunt quæ mortem pectora deſpiciunt.

IN

IN EIVSDEM ILLVSTRIS: COMITIS NICOLAI ZRINII &c. EPICEDION PAVLI FABRICII Cæſ: Mathem: Med: Doct: & ordinarij in Archigymnaſio Viennenſi Profeſſoris.

PRO Patria charam virtus effundere vitam
Tempore(cum trucibus premeretur ab hoſtibus) vllo
Si fuit (vt certè ſemper fuit) vllius vnquam
Inclyta non poterit pietas, non inclyta virtus
Præferri tibi Zeriniæ Comes inclyte gentes.
Tantus amor patriæ, fidei tibi tanta Cupido
Præſtandæ, tibi tantus erat profligere Turcas
Ardor, vt hunc ſola ſatiares inclyte vita.
Nam neq; mouerunt te viſq; minæq; preceſq;
Vrgentis variè frangentiſq; omnia Turcæ,
Nec promiſſa ſalus, nec deſperata ſalutis
Commoda mouerunt animum, cùm cuncta teneret
Eripere & vitam quæ ſola ſuperfuit hoſtis
Debebat, ferus ille tuo trux ille potiri
Corpore ſi vellet tandem. Quæ gloria talem?
Quantus honorq; tuam ſequitur Comes inclyte mortem?
Virtutis ſolidæ ſtudium, patriæq; ſalutis
Cura tibi mortem, laudem ſimul illa perennem
Et talem peperit, quali te vincere nullus

Vllius hiſtoriæ victor queat, aſpice faſtos
Actaq; Romani populi, tibi Curtius iſthic
Forſitam eſt ſimilis facto, ſed cauſa priores
Fert tua, ſi ſacros reputabimus ordine libros
Fortè Machabeo laus eſt communis Iudæ,
Ex ſimili facto tecum: ſed quicquid & hoc eſt
Obticeo, dum quæ reſtat poſſeſsio vitæ
In Chriſto æternæ tibi debita redditur, Ergò
Hìc tua fama tuò ſummam cum nomine laudem
Promerita eſt memoriq; etiam nunquam excidet æuo.
Dicêris pius eſſe Comes, fortiſsimus Heros,
Non tantum patriæ defenſor & inclytus armis
Miles, magnanimus tutor ſed totius orbis
Chriſtiadum. Cœlo tandèm fulgente receptus
Heroas inter qui ſanguine poſteritati
Conſuluêre ſuo, quibus eſt ſeruare decorum
Sic patriam viſum, caperet ne mœnia turpi
Deditione ferox hoſtis, qui ruperet omne
Faſq; piumq; bonis cum moribus omne fugaret
Heroas inter tales Comes inclyte viuis.
Funeſtas qui Turcæ acies atq; arma furentis
Sæpè repreſsiſti aut viciſti, ſæpè fugaſti.

EPITAPHIVM.

Zeriniæ gentis Comes hìc iacet inclytus ille
Pro patria vitam qui dedit ipſe ſuam.

ALIVD

ALIVD M. CASPARI SITNICK LABACEN: ETHICES in eodem Archigymnaſio Profeſſoris ordinarij.

QVI Machometigenas pulſauit ſæpius hoſtes,
Sæpius & victis hoſtibus ibat ouans:
Pro templis, cultuq; pio, pro pace fideq;
Arma ferens, ſcythicos depopulatus agros:
Inſignem proprio peperit qui ſanguine famam,
Fama ſequuturis vix imitanda viris:
Hac nimis anguſta Zrinus tellure quieſcit
Qui pater armorum præſidiumq; fuit.
Magnanimum merito monſtrant tot ab hoſte triumphi,
Teſtantur fidum mors, modus, vrna, locus.
Terra Lyburna gemit, dolet Auſtria, luget ademptũ
Ipſum Europææ nobile clima plagæ.

NVMERVS TVRCARVM INTERFECTORUM.

PERIerunt autem ſub Sigetho, (vt Ianitſcharorum Capitaneus Budenſis ex caſtris Sigethanis Budam verſus iter faciens, in vrbe Tulnia retulit)

Turcicorum equitum octodecim millia, Ianitſcharorum ſeptena millia, quæ omnia computata viginti quinq; millia efficiunt, Hi ſaltem libris inſcripti continentur, exceptis reliquis leuibus & nullius momenti hominibus, & ijs, quorum numerus ſcripto non eſt cõpræhenſus, Ex primatibus autem & ſũmi nominis Turcis occubuerunt Miſersk*i*us, Baſſa Alportu*k*, Baſſa Capitſchius, id eſt, Cęſaris ſupremus cubiculaarius, Et Baſſa Haſnadar, hoc eſt, Cæſaris Camerarius ſeu ærarij et rei nũmarię pręfectus. Ex Capitaneis autẽ quos Vuegos nominant, plurimi interfecti ſunt, quorũ certus numerus ignoratur. Eos enim floccipendunt, viliq́; æſtimant, dicentes, iſti tantum Cæſaris ſunt ſerui & captiui. Hoc verò certo credendum eſt, inſignem ibi Turcarum copiam interijſſe: dici namq; vix poteſt, quàm multi aſsiduis ictibus Sigethanorũ tormentorũ cæciderint, atq; in expugnatione trucidati ſint. Adhæc infinita cadauera paſsim in ipſis foſſis occiſa iacebant, vt inde in arcem vſq; grauiſſimus fætor, teterrimusq́; odor dimanauerit.

F I N I S.

AD PIVM LECTOREM IOANNIS GEBHARDI Labacenſis Elegia.

SPlendida Romanæ fulgent præconia laudis,
Virtus & multo priſco decore nitet
Splendida magnorum fulgent monimenta virorum,
Sanctam qui patriæ perſoluêre fidem,
Gloria perpetuæ fertur tibi laudis Horati,
Summaq́; conſcendit nomen ad aſtra tuum.
Qui patriam forti defenſam pectore victor
Intrepida ſeruas ſolus ab hoſte manu.
Regulus æterno meritò an celebrandus honore,
Poſthabuit patrijs qui ſua damna bonis?
Quis ſine laude tuum memorabit nomen, iniquo
Vritur ob patriam cuius ab igne manus?
Si qua igitur tantis debetur gratia factis.
Si decet illuſtres tollere laude viros.
Si virtutis honos, ſi præmia digna laborum,
Gloria conſtantem ſi manet vna fidem.
Id Comes illuſtris ſibi vendicat omne Serinus,
Pro meritisq́; capit nec ſine iure ſuis.
Hic patriam longo defenſor tempore magnus,
Et patrio amplexam fidus amore pater.
Fida velut pullos pennis Gallina fouebat,
Inuicta prohibens hoſtica tela manu.

Huius Chriſtigenum gaudebat turba triumphans
Præſidio, & victis hoſtibus ibit ouans.
Donec præclari ſub mœnia pulchra Sigethi,
Cum ſocijs fuerat qua prius arce Comes.
Hoſtiles multo concluſos milite turmæ,
Heu nimium premerant obſidione graui,
Vltima cum tandem duros fortuna labores,
Optatæ vellet fine leuare necis.
Strenuus hic patriæ nec fracto pectore miles,
Fortia conſtanti ſymbola mente dedit,
Hoſtibus in medijs vitam cum ſanguine fudit,
Et fidei ſoluit ſigna probanda ſuæ.
Multaq; crudeli poſt vulnera cæde peremptus,
Summa pius petijt ſyderis aſtra pater.
Ergo tibi generoſe comes præconia ſemper,
Dignaq; perpetua carmina laude fluant:
Ipſa tuos memorans ſemper pia turba labores.
Heu dulcem patriæ flebit obiſſe patrem.
Lumine dum vario trepidantia ſydera fulgent,
Dum vario teritur terra repreſſa pede.
Splendida dum clarus producit lumina Titan,
Optatumq; refert luce micante diem.
Deniq; dum cœlum mundus pelagusq; ſuperſunt,
Viuet inextincto nomen honore tuum.
Hos age ſi certe miſeros cupis ordine caſus,
Flendaq; præclari funera noſſe viri.

Hæc

Hæc tibi perdocto Lector celebrata Magiſtro,
Candide ſincero pectore ſcripta legas.
Percipies quanta ſæuus grauitate Tyrannus,
Chriſticolas miſera conditione premit.
Noſtra ſed hos nobis pariunt peccata labores,
Immodicisq́; ſcatens vita ſcelesta malis.
Ardet cunctipari per crimina noſtra parentis,
Ira grauis, noſtri cauſa petita mali.
Nulla fides animis hominum pietasq́; ſuperſtes,
Heu nimium vitijs cuncta ſepulta iacent.
Hac truculenta tibi manant ab origine bella,
Chriſti gen.e cauſa hæc maxima cladis erat.
Hæc vocat infenſi crudelia tela Tyranni,
Hæc vocat hoſtileis ſæua ſub arma manus.
Quare tibi ſi qua eſt patriæ pia cura ſalutis,
Teq́; mouent capitis dura pericla tui.
Deſine flagranti vitijs ſufflare furori,
Propoſitiq́; precor contrahe fræna mali.
Limina cunctipari contrito corde parentis,
Vulnera per Gnati ſanguinolenta petas.
Commotum precibus fieri placabile Numen
Namq; ſolet, precibus perge ſub aſtra pijs.
Poſce malis veniam, diuum reſtingue furorem,
Et referas vitæ ſymbola ſancta nouæ.
Protegat vt patrius patriam patriosq́; penateis,
Immenſa domini pro bonitate fauor.

Hoc

Hoc duce quò tandem crudelem vincere gentem,
Sæuaq́; de medio tollere bella queas.
Tutior hinc terris digna pietate paternis,
Continuoq́; ſacrum nomen honore colas.
Donec mortalis tranſacto tempore vitæ
Ducenda in terris linea donec erit.
Stelligeri ſcandens clariſsima ſydera cœli.
Angelicis celebres Numina magna choris.
Quod tribuat cunctis vnum tria nomina Numen
Et Pater, & Gnatus, Spiritus atq; ſater.

A M E N.